

Petrus de Vinea

*Ep. V 5 (Cum ad supplicationem
... de ..., fidelis nostri...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 5 (Cum ad supplicationem
... de ..., fidelis nostri...)*

fine 1248

Iustitiario, ut procedat ad subuentionem noui militis, iuxta priorum continentiam litterarum.

1. Cum ad supplicationem ... de ..., fidelis nostri, tunc iustitiario ipsarum partium per litteras nostras iniunximus, ut, quia B. de ..., patrem eius, qui in nostris seruitiis extitit fructuosus, in eiusdem filii sui commoda naturalis affectio seu charitas paterna non inuitauerat, ut debuerat inuitasse, sibi dudum in receptione cinguli militaris, quam eius debuerat preuenisse subuentio, lentus pater aut rigidus in aliquo non preuidit, idem iustitiarius a uasallis prefati B. iuxta constitutionem Regni nostri subuentionem prefato... fieri faceret congruentem. 2. Cumque, sicut eo nuperrime referente, comperimus dictum mandatum nostrum effectum debito caruisse, fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus iuxta tenorem litterarumstrarum, quas super hoc eidem iustitiario predecessori tuo direximus, predictum mandatum nostrum utiliter et celeriter exequaris.